

# LATINITAS CHRISTIANA

## I. ENTSTEHUNG DER VULGATA

Unter Papst Damasus I. begann **Hieronymus 383** eine Revision der schon vorhandenen neutestamentlichen Texte und wandte sich ab 390 der Übersetzung des Alten Testaments zu – nicht wie die meisten anderen frühchristlichen Bibelübersetzungen aus der griechischen Septuaginta, sondern aus dem hebräischen Urtext. Die Vulgata brauchte einige Jahrhunderte um sich durchzusetzen, erst ab dem **8. Jahrhundert** war sie im ganzen westlichen Christentum im Gebrauch. Ungefähr ab dem 9. Jahrhundert wurde sie im Westen als einzig gültige Bibel angesehen, die Bibelübersetzung in die Volkssprachen kam allerdings bis zur Reformation komplett zum Erliegen. Das **Konzil von Trient** erklärte 1546 die Vulgata für authentisch und veranlasste die Vorbereitung einer offiziellen Ausgabe. 1889 begann man mit der Herausgabe einer kritischen Oxford Ausgabe. Pius X. beauftragte 1907 den Benediktinerorden mit einer kritischen Edition. 1979 erschien – nach dem Auftrag durch das Zweite Vatikanische Konzil – eine nach dem aktuellen Stand der Textkritik erarbeitete Neuedition der Vulgata auf Grundlage der Originaltexte der Bibel, die **Nova Vulgata**.

INCIPIT LIBER BRESITH ID EST GENESIS		memento ab his quae erant super firmamentum
1	in principio creavit Deus caelum et terram	et factum est ita
2	terra autem erat inanis et vacua et tenebrae super faciem abyssi et spiritus Dei ferebatur super aquas	<sup>4</sup> vocavitque Deus firmamentum cae- lum et factum est vespere et mane dies <sup>5</sup> secundus
3	<sup>6</sup> dixitque Deus fiat lux et facta est lux	<sup>7</sup> et vocavit Deus aridam firmamentum et factumque est ita
4	<sup>8</sup> et vidit Deus lucem quod esset bona et divisit lucem ac tenebras	<sup>9</sup> et vocavit Deus aridam terram congregationesque aquarum appel- lavit maria
5	<sup>10</sup> appellavitque lucem diem et tene- bras noctem	et vidit Deus quod esset bonum <sup>11</sup> et ait
6	<sup>12</sup> factumque est vespere et mane dies tertius	germinet terra herbam virentem et facientem semen et lignum pomiferum faciens fruc- tum iuxta genus suum
7	<sup>13</sup> dixit quoque Deus fiat firmamentum in medio aquarum et dividat aquas ab aquis	
8	<sup>14</sup> et fecit Deus firmamentum divisitque aquas quae erant sub fir-	

## II. DAS WEIHNACHTSEVANGELIUM NACH LUKAS (II, 1-14)

Factum est autem in diebus illis, exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur<sup>1</sup> universus orbis. Haec descriptio prima facta est a praeside<sup>2</sup> Syriae Cyrino: et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth in Iudaeam, in civitatem David, quae vocatur Bethlehem: eo, quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata<sup>3</sup> sibi uxore praegnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti<sup>4</sup> sunt dies, ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum et pannis<sup>5</sup> eum involvit et reclinavit eum in praesepio<sup>6</sup>: quia non erat eis locus in diversorio<sup>7</sup>.

Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce, angelus Domini stetit iuxta illos, et claritas Dei circumfulsit<sup>8</sup> illos. Et timuerunt timore magno. Et dixit angelus: „Nolite timere! Ecce enim evangelizo<sup>9</sup> vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis<sup>5</sup> involutum et positum in praesepio<sup>6</sup>.“ Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium: „Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.“

- 1 describo 3: *schätzen, zählen*
- 2 praeses, idis: *Landpfleger*
- 3 desponso 1: *verloben*
- 4 impleo 2, -evi, -etus: *erfüllen*
- 5 pannus, i: *Tuch, Windel*
- 6 praeseptum, i: *Krippe, Stall*
- 7 diversorium, i: *Herberge*
- 8 circumfulgeo 2, -fusi: *umstrahlen*
- 9 evangelizo 1: *verkünden*

## III. DIE ZEHN GEBOTE – DEKALOG (EXODUS 20,1-17 GEK.)

Locutusque est Deus cunctos sermones hos: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo servitutis: Non habebis deos alienos coram me. [...] Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, [...] Memento, ut diem sabbati sanctifices. [...] Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non moechaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui: non desiderabis uxorem eius, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum nec omnia, quae illius sunt.



#### IV. AUGUSTINUS' KAMPF (CONFESSIONES 8 EXC., 295 W.)

Der innere Konflikt des hoch gebildeten und irdischen Genüssen zugewandten Rhetoriklehrers Augustinus gehört zu den berühmtesten Episoden des frühen Christentums. Dabei ist besonders die Offenheit bemerkenswert, mit der er den langwierigen und zähen Kampf um sein Seelenheil schildert.

Quam multi mei anni mecum effluxerant<sup>1</sup>, ex quo ab undevicesimo anno aetatis meae, lecto Ciceronis Hortensio<sup>a</sup>,

excitatus eram studio sapientiae; et differebam<sup>2</sup> contempta felicitate terrena ad eam investigandam vacare, cuius non inventio, sed vel sola inquisitio iam praeponenda erat  
5 inventis thesauris<sup>3</sup> regnisque gentium et circumfluentibus<sup>4</sup> corporis voluptatibus.

At ego adulescens miser valde – miser in exordio<sup>5</sup> ipsius adulescentiae – etiam petieram a te castitatem<sup>6</sup> et dixeram: „Da mihi castitatem<sup>6</sup> et continentiam, sed noli modo<sup>7</sup>.“ Timebam enim, ne me cito<sup>8</sup> exaudires et cito<sup>8</sup> sanares a morbo concupiscentiae<sup>9</sup>,  
10 quem malebam expleri<sup>10</sup> quam exstingui. [...]

Von verschiedenen Lehren und Lehrern beeinflusst spitzen sich Augustinus' Selbstzweifel immer weiter zu. Da passiert eines Tages das Erhoffte ...

Ego sub quadam fici arbore<sup>11</sup> stravi<sup>12</sup> me et dimisi habenas<sup>13</sup> lacrimis, et proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile sacrificium tuum, et non quidem his verbis, sed in hac sententia multa dixi tibi: „Et tu, domine, usque quo? Usque quo, domine,  
15 irasceris in finem? Ne memor fueris<sup>14</sup> iniquitatum nostrarum antiquarum!“ Sentiebam enim eis me teneri. lactabam<sup>15</sup> voces miserabiles: „Quamdiu, quamdiu, cras et cras? Quare non modo<sup>7</sup>? Quare non hac hora finis turpitudinis meae?“

Dicebam haec et flebam amarissima<sup>16</sup> contritione<sup>17</sup> cordis mei. Et  
20 ecce audio vocem de vicina<sup>18</sup> domo cum cantu dicentis et crebro repetentis, quasi pueri an puellae, nescio: „Tolle lege, tolle lege.“ Statimque mutato vultu intentissimus cogitare coepi, utrumnam solerent pueri in aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid. Nec occurrebat omnino me uspam<sup>19</sup> audisse. Repressoque impetu  
25 lacrimarum surrexi<sup>20</sup>, nihil aliud interpretans divinitus<sup>21</sup> mihi iuberi, nisi ut aperirem codicem<sup>22</sup> et legerem, quod primum caput invenissem. [...]

Arripui, aperui, et legi in silentio capitulum, quo primum coniecti sunt oculi mei: „Non in comessationibus<sup>23</sup> et ebrietatibus<sup>24</sup>, non in  
30 cubilibus<sup>25</sup> et impudiciis<sup>26</sup>, non in contentione<sup>27</sup> et aemulatione<sup>28</sup>, sed induite<sup>29</sup> dominum Iesum Christum et carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis<sup>9</sup>.“ Nec ultra volui legere, nec opus erat. Statim cum fine huiusce sententiae quasi luce securitatis infusa<sup>30</sup> cordi meo omnes dubitationis tenebrae diffugerunt.

<sup>a</sup> Hortensius: Werk Ciceros, in dem die Philosophie als oberstes Prinzip Glück zu erreichen und Leidenschaften zu überwinden gelobt wird

<sup>1</sup> effluo 3, -fluxi: entgleiten

<sup>2</sup> differo: h.: verschieben, auf-schieben

<sup>3</sup> thesaurus, i: Schatz

<sup>4</sup> circumfluo 3: im Überfluss vorhanden sein

<sup>5</sup> exordium, i: Anfang

<sup>6</sup> castitas, atis: Keuschheit

<sup>7</sup> modo: h.: bald

<sup>8</sup> cito: (zu) schnell

<sup>9</sup> concupiscentia, ae: Lust

<sup>10</sup> expleo 2: erfüllen

<sup>11</sup> fici arbor: Feigenbaum

<sup>12</sup> sterno 3, stravi: hin-streuen, -legen

<sup>13</sup> habena, ae: Zügel

<sup>14</sup> memor esse (+ Gen.): erin-nern an, denken an

<sup>15</sup> iacto 1: ausstoßen, rufen

<sup>16</sup> amarus 3: bitter, herb

<sup>17</sup> contritio, onis: Betrübnis

<sup>18</sup> vicinus 3: benachbart

<sup>19</sup> uspam: irgendwo

<sup>20</sup> surgo 3, -rexi, -rectum: sich erheben

<sup>21</sup> divinitus (Adv.): durch göttliche Fügung

<sup>22</sup> codex, icis m.: Buch

<sup>23</sup> comessatio, onis: Unzucht

<sup>24</sup> ebrietas, atis: Trunkenheit

<sup>25</sup> cubile, is: Bett

<sup>26</sup> impudicitia, ae: Schamlosigkeit

<sup>27</sup> contentio, onis: Streit

<sup>28</sup> aemulatio, onis: Eifersucht

<sup>29</sup> induo 3, -ui: anziehen

<sup>30</sup> infundo 3, -fudi, -fusum: einflößen

ZITIERE SUBSTANTIVE AUS TEXT IV, DIE AUGUSTINUS „KRISE“ WIDERSPIEGELN:

V. AUS DER ENZYKLIKA "LAUDATO SI" VON PAPST FRANCISCUS I.

Die am 18. Juni 2015 (in acht Sprachen) veröffentlichte Enzyklika widmet sich mit den Themen Umwelt- und Klimaschutz. Zudem weist sie auf soziale Ungerechtigkeiten und auf die Erschöpfung der natürlichen Ressourcen des Planeten hin. Durch den damit verbundenen Aufruf zu weltweitem Umdenken gilt Franciscus' Botschaft als Wendemarke in der Kirchengeschichte.

Continuata mutationum humani generis orbisque celeritas hodie coniungitur cum augmento modulationum<sup>1</sup> vitae et laboris in illa, quam in Hispanico sermone quidam *rapidación* appellant. Quamvis mutatio pars sit progressionis rationum multiplicium<sup>2</sup>, velocitas, 5 quam actiones humanae ei hodie imponunt, naturali obsistit evolutionis biologicae lenitati. Cui additur, quod proposita huius celeris et constantis mutationis non necessario ad commune bonum diriguntur<sup>3</sup> adque humanam progressionem tolerabilem integramque. Mutatio quiddam est optabile, sed inquietat, cum peiorem reddit 10 mundum et vitae qualitatem maioris partis humani generis. Contaminatio est quoque consideranda, quae eiectionis<sup>4</sup> efficitur, illis additis periculosis diversis in locis positis. Sescentae tonnae eiectionum<sup>4</sup> singulis annis efferuntur, quorum multa biodegradabilia non sunt: eiectiones<sup>4</sup> domesticae et mercatoriae, reliquiae 15 destructionis, eiectiones<sup>4</sup> clinicae, electronicae vel industriae, eiectiones<sup>4</sup> prorsus veneniferae et radiante vi<sup>5</sup> praedita. Terra, domus nostra, in immensum sordium depositum magis magisque demutari videtur. Cum industriae eiectiones<sup>4</sup>, tum chemicae res, quae in urbibus agrisque adhibentur, efficere possunt, ut in corpora illorum in vicinia incolentium biologicus cumulus<sup>6</sup> inferatur, quod usu venit<sup>7</sup>, etiam cum veneniferum elementum, quod 20 quodam in loco adest, exiguum est. Consilia compluries<sup>8</sup> capiuntur, solummodo<sup>9</sup> cum quaedam de valetudine personarum evenerunt insanabilia.

- 1 *modulatio onis: Rhythmus*
- 2 *rationes multiplices: komplexe Systeme*
- 3 *dirigo 3: lenken, richten*
- 4 *eiectionum, i: Abfall*
- 5 *vis radians: Atomkraft, atomare Strahlung*
- 6 *biologicus cumulus: Bioakkumulation!*
- 7 *usu venire: eintreten, in Kraft treten*
- 8 *compluries: sehr oft*
- 9 *solummodo: nur, erst*

A. ZERLEGE FOLGENDE WÖRTER IN IHRE BESTANDTEILE UND GIB DEREN GRUNDFORM + BEDEUTUNG AN:

<i>celeritas</i>		<i>demutari</i>	
<i>augmentum</i>		<i>venenifera</i>	
<i>efficitur</i>		<i>valetudine</i>	
<i>periculosus</i>		<i>biodegradabilia</i>	

B. GLIEDERE DEN FOLGENDEN SATZ MIT HILFE EINER TABELLE IN HS / NS / SK:

*Cum industriae eiectiones, tum chemicae res, quae in urbibus agrisque adhibentur, efficere possunt, ut in corpora illorum in vicinia incolentium biologicus cumulus inferatur, quod usu venit, etiam cum veneniferum elementum, quod quodam in loco adest, exiguum est.*

C. WELCHE KONNEKTOREN FINDEST DU IN DIESEM SATZ: \_\_\_\_\_

D. WELCHE WEITEREN KONNEKTOREN IM ÜBRIGEN ABSATZ: \_\_\_\_\_